

*Etuario ne egrediatur. Quando aliud funus comitabatur, in uia omnis populus incedebat alius post alium, et praefectus sacerdotum in medio eum ducebat inter se, (qui dextram) et populum (qui sinistram occupabat) Si alii funus e propinquis Pontificis comitarentur, omnes ad eum dicebant: Utinam nos te liberare possimus (ab hoc luctu) Et ille dicebat his: Estote benedicti a Deo. Si eum ad prandium adhibent, omnis populus humi sedet, ille sedet in sella. Si uestes ob luctum aut indignationem aliunde perceptam laceraret, mores populi, ipsorumque sacerdotum deserebat, si codici HORAIOTH f) fidenti haud denegamus: כהן גרול פורם מלמטה וההריוט מלמעלה P. M. lacerat inferius (ab infima ora uestimenti) Sacerdos uulgaris superius (a summa ora uestium.)*

Praestantior quoque uniuerso populo, omnibusque, qui e sacerdotum numero erant, in eo ostendebatur P. M. quod antecederet populum in oblatione sacrificii pro errore suo, si cum populo simul errorem commiserat, ideoque pro illo, et pro hoc, simul offerendus erat iuuenus, quae est sententia doctorum in libro HORAIOTH: g) כל המקורש מחבירו קודם את חבירו פר המשיח ופר הערה עומרים פר המשיח קודם לפר העדה בכל מעשיו. *Omne, quod sanctius est altero, antecedit illud. Si iuuenus pro errore Pontificis M. et iuuenus pro errore populi simul stant in atrio, iuuenus uncti antecedit iuuenum populi in omnibus oblationis ritibus. Imo, quod mireris, in luctu offerre poterat Pontifex M. id quod aliis praeter eum sacerdotibus haud licebat, teste eodem libro: h) כהן גרול מקריב אונן ולא אוכל וההריוט לא מקריב ולא אוכל. P. M. offert, etiamsi lugeat, offert, sed non comedit de sanctis: Sacerdos uulgaris neque offert, neque comedit.*

Bene-

f) Cap. III. §. 5.

g) Cap. III. §. 6.

h) Cap. III. §. 5.